MATUTINALE CUM DIURNALI ATQUE MISSALE CISTERCIENSE
Stams, 3. Viertel 14. Jh. Seite 348r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Quid ergo vultis faciam resi iudeorum. At illi iterum clamauerunt. Cru
cifige eum. Pylatus uero dicebat eis. Quid enim mali fecit. At illi
masis clamabant. Crucifige eum. Pylatus autem uolens populo satisfa
cere dimisit illis barraban et tradidit ihesum flagellis cesum ut crucifigeretur.
Milites autem duxerunt eum intro in atrium pretorij et conuocant totam coortem
et induunt eum purpura et imponunt ei plectentes spineam coronam et ceperunt
salutare eum. Aue rex iudeorum. Et percuciebant caput eius harundine et
conspuebant eum. Et ponentes genua adorabant eum. Et postquam illu
serunt ei exuerunt illum purpura et induunt illum vestimentis suis et educunt
illum ut crucifigerent eum. Et angariauerunt preterentem quempiam symonem
cyreneum venientem de uilla patrem alexandri et rufi ut tolleret crucem eius et
perducunt illum in golgatha locum quod est interpretatum caluarie locus et dabant
ei bibere mirratum vinum et non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt
vestimenta eius mittentes sortem super eis quid quis tolleret. Erat autem
hora tercia et crucifixerunt eum et erat tytulus cause eius inscriptus rex iudeorum.
Et cum eo crucifigunt duos latrones unum a dextris et alium a sinistris eius
et adimpleta est scriptura que dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et
pretereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua et dicentes.
Wach qui destruit templum et in tribus diebus edificat. Saluum fac te
metipsum descendens de cruce. Similiter et summi sacerdotes ludentes ad alter
utrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum
facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce ut videamus et credamus. Et qui
cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei. Et facta hora sexta tenebre
facte sunt per totam terram usque in horam nonam. Et hora nona exclamauit
ihesus uoce magna dicens. Heloy heloy lamazabathani. Quod
est interpretatum. Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me. Et quidam de cir
cumstantibus audientes dicebant. Ecce helyam vocat. Currens